

& primā, id est, digniorem omnium creaturarum  
existentium in elementis, quia aliter esset falsum.  
Omnia digerens & coquens, informans calidum  
naturale, quo omnia ad specificam formam & fi-  
guram deducuntur.

*De Luna philosophica Aenigma  
ta diuersa.*

Item Ptolomeus in Almagesto dicit. Quia sol  
non calefacit terrā, neq; eius virtutem terræ impri-  
mit nisi mediante luna, quæ inter alia sydera magis  
solis lumen & caliditatem est receptiua, tanquam  
medium inter solem & terram. Quare vt dicunt  
philosophi, duo sunt impedimenta, quod vnum  
virtutem suam alteri non imprimit, scilicet distan-  
tia remota & medium interueniens. Et sic est ibi  
inter solem & terram, quia sol longe a terra distat,  
& quia ibi luna mediat. Sic quoq; in arte nostra al-  
chimistica sol tincturam solam non perficit nisi me-  
diante luna, quia remote distat, cum ad ipsam subti-  
litate nondum vt tingat peruenit. Et etiam pro-  
pter ipsa media scilicet densitatem & grossitiem.  
Quare necessario requiritur ibi luna, vt ipsum so-  
lem subtiliet, rarum & volatilem faciat, & eius im-  
punitatem segreget. Cum ipsa magis suo lumi-  
ne eget, & natura alijs planetis, id est, metallis. Er-  
go dicit Hermes & Aristoteles de plantis: Sol pas-